

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Peter Grünenberg David Heinrich Köpken

**Dissertatio Theologica Exhibens Sextuplicem Usum Locorum Matth. II, v. 15. & Hos. XI. 1. De Filio Dei Ex Aegypto Divinitus Vocato agentium**

Rostocki[i]: Wepplingius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796688478>

Druck Freier  Zugang









52. 7.

H.C - 1101.

H 47





DISSERTATIO THEOLOGICA  
EXHIBENS  
SEXTUPICEM USUM

## Locorum

*Matt. II, v. 15. & Hof. XI. I.*

De

# FILIOODEI EX AEGYPTO DIVINITUS VOCATO

*agentium,*

Qvam.

Annente DEO O. M. & Summè Reverendâ Facultate Theologica,  
PRÆSIDE

# JOH.PETRO Brünnerberg

**Ph. & SS. Th. D hujusque P.P. O.Design. Consistorii Ducalis  
Assessore, & Districtus Mecklenburgensis  
Superintendente**

Affne atque Hospite suo maximè observando,  
amicō eruditōrum examini oblatam

In Illustris Academæ Rostochiensis AUDITORIO MAJORI


Die 18. Mart. ad. locis, her. consu.

defendendam suscipiet

# DAVID HENR. KOEPKENIUS.



RostochI Typis JOH. WEPPLING, Univ. Typogr.



# PROOEMIUM.

**S**icut *bis ad eundem*, olim in querulo fuit proverbio, ac *tér ad eundem* turpissimo positum in hæsit vitio: ita *bis in eodem* laudabile, ac *ter in eodem* non minus, magis forte laudabile est censendum. Nostrī nos cancelli ad binos condemnaverunt carceres, priores feliciter superavimus, posteriores quoque emensi sumus non infelicius: penetrabimus nunc justa, si Deus motui vires junxerit, alacritate ad ultimos usqueterminos. Quid moramur? apertos habemus cancellos: monere nos videntur præcōnes: ex pectantnos, qui nos spectant. Decurramus! Moveamus nos, & promoveamus! Faveant vero, precamus, quorum favorem nos habere decet, ut per laboris usum ad horæste collatorum nobis præmiorum quoque usum deveniamus.

## USUS PRIMUS DOGMATICUS.

*EST SCRIPTURA SIBI SINE FRAUDE GRAVISSIMA TESTIS.*

§. I.

**G**regium id profecto DEUS suæ scripturæ dedit testimonium, testimonio qvod non indigeat. Qvamvis enim vel ipse Christus testes suæ vitæ, mortis, & resurrectionis habere voluerit, non sua, sed nostra causa, (vid. Luc. 24, 48. Joh. 15, 27. Act. 1, 8. c. 10, 39. & 41. atq; alibi passim) & ipse etiam viyus contra hostes, sæpe testes de se fatis graves citaverit, idq; iterum non sua, sed auditorum gratia, (vid. Joh. 5, 31. ad finem, c. 8, 13. - 18. coll. cum v. 45. - 56.) ac DEUS varie testimonium Filio & perhibuerit, & perhiberi curaverit non certe ipsius, sed hominum ex utilitate, (v. Joh. 1, 1. - 37. Matth. 3, 16. 17. & c. 17, 1. - 6. cum locc. parall. Joh. 12, 28. 29. 30. &c. 1. Joh. 5, 7. - 11.): Scriptura tamen autocratorico DEI testimonion unquam desideret sufficientissime teste munita. Ipsi Scriptores Sanctissimi non oculis, non auribus, non manibus

A

ribus tantum credunt, licet ab ipsa illa provocent, quantum & Scripturæ, & in Scriptura loquenti Spiritui Sancto. Citat oculum & conscientiam suam testes scriptorum Johannes c. 19, ss. neq; tamen propter oculos, & propter conscientiam sibi vult credi, licet addat, ἵνα ὑμεῖς πιστεῖτε, sed propter Verbum DEI. Addit enim magnanimum aliquod Nam: Εἰσένετο τὸν τόπον, ἵνα ἡ ΓΡΑΦΗ τῷ ἡρῷ θῆ, σέσχυτο σωτηρίσεται αὐτῷ, καὶ πάλιν ἐτέρα ΓΡΑΦΗ οἱ γέγονται, ὅτι ἐξεκέντητο αὐτῷ v. 36, 37. Citat idem aures, oculos & oculorum aciem, magnumq; contactum in veritatis testimonium 1. Joh. 1, 1. 2. sed e. 5, 6. addit: καὶ τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ μαρτυρῶν, ὅπερ τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῇ αληθείᾳ. Citat Petrus quoq; suos, suorumq; sociorum oculos, aq; aures in rerum sensibus perceptarum attestandam veritatem. 2. Petr. 1. 16. -- 18 sed iisdem gravius ē verbo DEI allegat testimonium, quando v. 19. καὶ ἔχομεν, scribit, θεωρήσεις τὸν περὶ φυγὴν λόγον.

S. 2. Quoniam igitur hoc unum Scripturæ testimonium, quippe quod iphius DEI testimonium est, omnia reliqua superat testimonia, sibi ipsi illa pro teste sufficit. Autem illius in sanctissima DEI auctoritate si miter fundata est. Sicut enim ex divina autoritate autoritatem habet suam, & dignitatem suam ē dignitate DEI pendentem novit, ita propter hanc etiam autoritatem, suamque authenticam nullo externo indiget testimonio, quamvis testem non repudier, aut respiciat. Hinc Judæos ipsos, οἱ Ἰουδαῖοι τὰ λόγια δὲ τοῖς R. 3, 2. testes habet Vetus Scripturæ Testamentum; hinc ipsi quoq; Muhammedani sacrarum utriusq; Testamenti literarum, licet corruptas fallo deplorent, sunt testes, Verum testibus illis nec utilitur ipsa, nec indiget. Testatur ipsa de se per insitam a primo scriptio[n]is exordio virtutem Sp. S. Quid obstat, quod hoc testimonium in sanctum sui amorem non omnes converrat? Satis est, quod ferit, si non vertit. Legere istud sine convictione nemo potest, licet sine conversione legant multi.

multi. Ne DEI quidem ipsius , si vel de cœlo loqvatur,  
testimonium omnibus placet. Joh. 12., 28. 29. & quotusquisq;  
ex priscis Jesu spectatoribus fuit, qui ipsiusmet excipere  
testimonium cupiit? Joh. 3, 11. & 31. Quin potius tantum abest,  
ut & Christi, & Patris ipsius testimonium ab omnibus sus-  
cipiatur, ut multi temere DEUM faciant ψεύσην, Johan-  
nes utiloquitur Ep. 1. c. 5, 10. Quid mirum ergo, quod nec  
testimoniis Scripturæ de se ipsa creditur, id qvod jam Paulus  
Rom. 10, 16. est conquestus ? quamvis qui scripturæ testimo-  
nio non vult credere, nulli vel summo miraculo crede-  
re posse censendus sit Luc. 16, 31. qvoniā miracula sine  
Verbo DEI admirationem forte conciliare possunt, conver-  
sionem & fidem vero non item.

§. 3. Quanquam vero Scriptura teste non indiget,  
solet tamen ipsa sibi mutuum sancti consensu testimonium  
præstare. In Vaticiniis gerendas N. Tti res prædicit, & con-  
firmat Ttum Vetus; Veteris Testamenti verba & oracula per  
eventum comprobant sequentia cum ipsius V., tum etiam N.  
T. eventa. Loqvuntur præterita defuturis, &, cum futura  
nunc fiunt præsentia, præteriorum sensum semper illustri-  
orem reddunt. Citant V. Tti dicta Evangelistæ & Apostoli  
in suarum enarrationum fidem testimonialem, & eadem  
opera V. T. fidem firmissimam, sancteque præstitam ostен-  
dunt. Nec dolum, nec fraudem ibi invenies. Contra sen-  
sum omnino nihil: juxta sensum, ut paraphrastæ alleganti  
semper est licitū, qvædam: ad ipsum veritatis sensum sincere  
omnia. Nihil citatum falso, nihil temere, nihil imprudenter,  
nihil per lulum, nihil per catachresin; e contrario omnia pro-  
ducuntur sancte, vere, & pro loci genio ingenue. Si quid  
citatum videtur, quod aut alibi exsistere, aut nullibi exsiste-  
re putas, hominum id vitio, non scripturæ errori tribuen-  
dum est. Fraus illa est nostra, qui non omnia recte intel-  
ligimus, scripturæ de se testimonia pervertimus, temerario

sententia alicujus præjudicio inhæremus, magnorumqe hominum illustri, ac fallaci tamen, fidei nimium tribui-  
mus, mortalibusqe amplius, quam DEO, credimus, aut  
in nostri ipsorum animi vanis meditationibus quiete latita-  
mus, opinionumque nostrarum momentosa, ut videntur,  
at sine momento & pondere, si recte æstimentur, existen-  
tia saepe pondera admiramur. Failimus nos prope scriptu-  
ram; a scriptura nunquam fallimur. Simplex illa est, &  
infucata, recta pariter & sincera; nos duplicitis linguis pa-  
riter & mentis, fucatorumqe sensum homines sumus,  
obliqvarum plerumqe cogitationum, & fallacium deside-  
riorum, ut objici in hac materia nobis possit, quod in alia Pau-  
lus ait Rom. 3, 3. 4. Μὴ ἀπίστα αὐτῶν τὸ πόσον ἐθελούσιον;  
Μὴ πάροιτο γνώσθαι τὸ οὐδὲ ἀληφῆς, τὰς τὸ ἀπόθεστα ψευδῆς.

S. 4. Ne ergo objiciantur ei omissa membra genealogica, Rabel defens liberos, appellatio Nazareni, sublati nostri dolores, os ad parabolas apertum, numeratio inter maleficos, bodierna Filius DEI generatio, nominis Prophetici perversio exiens sonus in omnes terre partes, atque ejusmodi plura: ne objiciantur ei differentissime annorum computationes, & intercalatio vel centenarii annorum numeri, Abrabami inter Israëlitas connumeratio, Judicū multiplici annorum partu laborantes anni, Abasic generatio ante patrem, Regiorum temporum stupenda permisso, septuaginta Jere mie annorum, & Danielis bebdomadarum difficultas, Cyreni ante Cyrenium census, sepulcrum filiorum Emmor ab Abramo emum, & hoc genus alia. Ista quidem, si scrutari velimus, non Ariadneo filo indigent, nec Apollinem natatorem reqvirunt: sa-  
tis per se meditanti patent, si justa adhibetur diligentia: in verbo suo Spiritus semper adest Doctor optimus, cuius Schola vera est Patriarcharum, Prophetarum, Evangelista-  
rum, & Apostolorum Ecclesia, ad quam in Verbo DEI fre-  
quentandam accersimur, claram Spiritus vocem etiam in iis,  
quæ difficillima videntur, audituri, admiraturi, & intellectu-

ri,

ri, si ea excipias, qvæ usq; in suos eventus. vel in alterū æternitatis orbem differtre gestit Dominus. Qvisquis igitur justā Scripturæ operam impendit, is tandem, sine fraude loqui Scripturam, data manu, plenoque ore confitebitur, ipsiusque sibi sufficiens testimonium ex osculari dicit. Ad eam certe certitudinem devehiet in intelligendis Scripturæ oraculis, ad quam nos in hoc Holeæ dicto per Matthæi & Hoseæ mutuum testimonii consensum delati sumus.

¶. Verum ait: quomodo scriptura de se ipsa testari potest? quis ei sine teste credet? cum testimonium in propria causa semper suspectum sit, atq; in tāarduo religionis negocio unius credi non debet? Ergo respondemus: si forte, qui hoc objicis, testimoniū possis multitudinem, extra se numerum satis magnum scriptura proferet eorum, qvi ipsi veritatis testimonium ferunt; sin pondus, ut decet, exigis, scriptura intrase gravissimum testem habet Sp. S. si cum animo salutis & veritatis cupido meditabundus, & rem rei, verboque verbum conferens diligenti lectioni inhæseris, facile cognoscibilem, cuius & directione subordinati testes Virilanci alius ad alium provocant, aliasq; alium explicant, quorum absolutissimus consensus, simplissimus pariter & nervosissimus scribendi modus, & rerum ultra humanum intellectum longe adscientium exposicio, prima cœlorum terrarumq; conditi mortalibus quibusvis initiis descripicio, accurata ad primum usque hominem traditio genealogica, admiranda prima nostrarum arumarum originis demonstratio, divine erga humanum genus clementie, redundique cum DEO in gratiam via significatio, ac sanctissima insueta christianorum vita delineatio, perfectissima conscientia ferventis & anxie consolatio, futureque post mortem anima corporisque in aeternitatem usque & status & mutationis designatio, cum tot datinosis ante multis annorum centuriat nominetenus interdum, interdum clarissima rerum personarumque sub explicatione predicitis, ac deinde ad amissim completis, ipsam scripturam ita

A 3

lectori

lectori assidue, pioque commendabunt, ut nullum hic sane aliud  
restem porro sit desideraturus. Sufficiant hec iam nobis, demon-  
strando, explicandoque nostro usui, orto ex Hossee, Mattheisque ac  
curato consensu, satisfacientia.

USUS SECUNDUS ELENCTICUS.

TURPE, DEICHRISTUS QUOD FILIUS  
ESSE NEGATUR.

§. 9. Discimus hoc inde, quia DEUS ipse Filium  
suum esse eundem asserit. Turpe igitur est contradicere  
DEO, turpe DEUM mendacii arguere, turpe DEO Filium  
suum rapere velle. Ast vero & Holeas, & Marthæus lingua  
ac stylo prorsus convenienter docent esse DEOFilium sim-  
pliciter talem. *Ex Aegypto*, ajunt, *vocavi FILIUM MEUM*. Militant  
contra æternum DEI Filium hostes varii: *Athei*, *Naturalistæ*,  
*Muhammedani*, *Judæi*, *Photiniani antiqui*, *Snovi*, *Ariani item Veteres & recentiores*, *Eunomiani*, & *Arminiani*: qui pro reliquis omni-  
bus nobis hic considerandi erunt. Omnes hi in Filiū DEI  
injurii sunt, alii aliis turpius loquentes. *Athei*, ut nullum  
DEUM, ita nullum Christum DEIFilium agnoscunt. *Natura-  
listæ* DEUMqvidem, sed nullum Christum DEIFilium agno-  
scunt. *Muhammedani* DEUM qvidem, & Christum, sed nul-  
lum Dei Filium agnoscunt. *Judei* DEUM qvidem, & Chri-  
stum, & hunc Dei Filium, sed tantum ex præcellentia qua-  
dam agnoscunt. *Photiniani* DEUM qvidem, & Christum,  
& hunc DEIFilium, sed potissimum ex partu Virginis Divina  
virtute concipientis talem agnoscunt. *Ariani* & DEUM, &  
Christum, & hunc Dei Filium, sed potissimum ex jure primū  
creati talem agnoscunt. *Eunomiani* DEUM qvidem, & Chri-  
stum, & hunc Dei Filium, non tamen nisi *quæ* agnoscunt.  
*Arminiani* & DEUM, & Christum, & hunc Dei Filium, &  
*quæ*, sed non nisi arbitrario ad salutem credendum talem  
agnoscunt. Ita veritas, qvæ simplex est, cum multiplici  
mendacio conflittatur.

§. 4. Qvæ

S. 7. Qyæ omnia tanquam falsissima, & perversissima merentur justā correctionem. Verum, ut ordinē errorum istorum seqvar, qvod ad atheos attinet, non mirum DEI Filium ab iis negari, qui DEUM negant: turpitudinē alteram altera excusare possunt. His ergo ad convictionem usqve primo proponendum est, prudentiorem & sapientiorem itemq; potentiorem aliquam esse naturam qvam vel ipsi sint, vel omnes sint homines: qvod ex effectis facile probari potest: qvo evictō *Naturalistæ* erunt. Juncti igitur discere debent, DEUS cum sit, esse eundem & sanctum præ omnibus ad reqvirendam nostræ cum ipsis sanctitatis similitudinem, si non æqvallatatem: & justum ad plectenda qvotidianæ nostrarum culparum crimina, vindicandasq; injurias: & bonum ad ostendendā revelandamq; nobis incognoscibilem alias suam voluntatem tum in sentiendo, tum in agendo, tum in reconciliando: id qvod profecto omne extra aliquam revelationem nobis ita patere nequit. Cum vero nec Muhammedana, nec Judaïca nova, nec Idololatrica revelatio, multorum absurdorum causâ esse queat vera & genuina DEI revelatio, Christianis concessam, factamq; tum antiquitus inter Israëlitas, tum recentius inter ipsos revelationem & optimam, & sufficientissimam, & omni errore vacuam, & genuinam esse debere. Qvod ubi crediderint, cum *Muhammedanis* in fide sacrī literis assignanda nunc convenient'. Tum novo colligatis vinculo demonstrandum est, in illa Revelatione mentionem fieri non tantum alienus Messiae, seu Christi, sed & vocari ipsum expresse s̄epius Dei Filium, &, si id observaverint, jam cum *Judeis*, qvibus N. T. veritas probari debet, & potest, eò deducendi sunt, ut agnoscant, non tantum propter aliquam in genere excellentiam ita vocari DEI Filium, sed ob specialem aliquam rationem: eamq; si in hanc rationem consenserint, uti certe consentiendum est,

B

contra

contra Photinianos, qvibus illi jam miscebuntur, evinci debet, non esse solam e virgine divinitus pariente nativitatem, nec, qvod Sociniani hodie volunt, ad ascensionem divinitus resuscitati Jesu in cœlos, specialem illam nominis causam, quia jam ante partum talis vocetur, & in præsenti qvidem, imo & in præterito: cum vel ante Abramum jam fuerit, & in ipso creationis primo puncto jam exstiterit. Qvod ubi apprehenderint, cum Ariani docendi sunt, non eum creatum esse primum, sed creatorem ipsum, & primogenitum præ omnibus creatis, & gloriosum ante existentiam mundi: ac tum cum Eunomianis non illis pessimis, sed mortatioribus observare debent, ipsum creatorem in duas similes essentias dividi non posse, qvin duo similes introducantur Dii, qvod absurdum est; qvin potius esse Filium cum Pare unum qvid, & in unum qvid: unde & ἀληθινός οὗτος appelletur. Qvo proposito tandem necessarium credendi hujus articuli Fidei Arminianis ostendemus tum ex eo, qvod vita æterna in agnitione & DEI, & Filii DEI Jesu Christi collocetur; qvodque, qui testimonio DEI de suo Fili o non credit, mendacem ipsum faciat; qvodque DEUS verus nequeat vere sine Filio DEI, qui verus DEUS est, agnisci; qvodq; tandem, Filium qui non habet, nec Patrem habere censeri debeat. Qvæ omnia ē SS. scripturis, evicta ipsarum & necessitate & veritate demonstrari & debent, & possunt. Sufficit nobis, qvod vim, qva fieri id in universum queat, ostenderimus.

S. 8. Agnoscimus autem dupli fundamento illum Dei Filium primo scilicet ex æterna ante mundi originem generatione, unde ipse est απόγενος τῆς δόξης, καὶ καρκίνης τῶν ὑποστοκῶν αὐτῷ Hebr. I, 3, οὐ καὶ οὐδὲ πάτερ, πέντε δὲ τὸ μόνον κτίσμα, εἰς οὐτιδὴν τὰ μέρη, &c. Col: I, 15. seqq. qva generatione ipse Filius est ἡλιός καὶ νεφελούρης ἡδη πατρός Joh: 1, 1. & 14. atq; ita etiam οὐεὶς ἀληθινὸς I. Joh. 5, 20. οὐ οὐεὶς οὐδὲ προφῆται τὰ μέρη τοῦ μέτωπου Hebr. I, 8. seqq.

אשר מוצאתו יר. 33, 16. יהוח צדקו. גבור אבירעד  
Secundo ex facta in temporum ~~אֲשֶׁר~~ nativitate, unde est τὸ γεννημένον τὸ<sup>אָגִינְתָּה</sup>  
Μαρτυρίου τὸ καλύπτεον οὐδὲ Θεός, ὃν πάλιν αἴτιον ἐπηλθεῖ  
αἴτιον τὸ Μαρτυρίου, καὶ δύναμις ἡ Φίστη εποκίασε αὐτὴν. Luc. 1, 35.  
ἢ πεπονικός ἢ εἰσαχθεὶς εἰς τὸν θίνα μέντοι Ebr. 1, 6. πεπονικός  
καὶ πολλοῖς ἀδελφοῖς Rom. 8, 29. conf. Joh. 10, 36. &c. Hinc  
iis, qui tam claro cognoscendi hunc Filium principio resistunt, perversi sui animi dedecus quasi in faciem  
objiciimus, & ceu Divini Nominis conviciatores rejicimus.  
*Turpe, DEI Christus quod Filius esse negatur!* Recte,  
Schmidius in Locc. Comm. ad h. l. *Christus verus DEI Filius*  
*est, — verus DEI Filius, quia DEUS hic cum simpliciter Filium*  
*vocato.* Potuerunt ethnici olim suis poëtis ortum deorum  
credere, potuitque ipsis videri *Erogenies Phœbion non insuffranda parenti*, cum ad ipsum loquens induceretur Phœbus:  
*Nee tu meus esse negari Dignus es.* Nos ipsi DEO  
verissima semper verissime loquenti, credere nolle vide-  
mus audimusq; homines vanissimos, mentisque abjectissi-  
mæ sophistas, licet *Pignora dei genitor, per quæ sua vera*  
*propago Creatur* Christus æternus æterni Dei Filius, qualia  
fidei satis certæ pignora ubique in SS. conspicuntur.

S. 9. Turpe igitur est, negare velle, quod insuperabilis sacrarum scripturarum veritas affirmat, ac docet. Peccant graviter *Nestoriani*, qui duos ex uno Christo Dei Filios efficiunt, sanctissimamq; hanc unius Filii DEI personam quasi discindunt: peccant graviter *Euiychiani*, qui ex naturæ vel alterutrius absorptione, vel utriuscq; confusione commistum DEI Filium faciunt: peccant hi graviter, ut nihil fere supra: verum est! at relinquunt nobis DEUM, licet male formatum, qui pene nullus est) DEI Filium. Quanto vero turpius est, omnino negare, ac de suo præcipitem folio perturbare velle DEI Filium! Ad quos pri-

mario tamquam ad Muhammedanorum socios pertinet;  
quod canimus: **Die Jesum Christum deinen Sohn  
stürzen wollen von seinem Thron.** Vesani homines,  
qui sibi filium rapi non patiuntur, & suum DEO Fi-  
lium rapere conantur: qui iuos filios conviciis, verberi-  
busq; onerari non sinunt, ac Dei Filium irreverentius habe-  
re, quid? pedibus, ut scriptura loquitur, ipsum ac dignitatem  
ipsius conculcare audent! DEUS Filium suum promittit  
omniq; decore commendatum hominibus offert: atq; hi  
nolunt oblatum eumdem agnoscere. Expressa hic apud  
Hoseam verba DEI sunt: *Vocavi Filium meum*, mortales  
vero manibus pedibusque obnoxie resistere vocato non ve-  
rentur. *Tu Filius meus*, ait Pater Dominus exercitum:  
*bodie te genui*: mortales vero & Filium sibi nascendum re-  
spuere, & Genitum sibi genitum repudiare non dubi-  
tant. Vesana rabies! rabiofa vesania! Nos amplectimur,  
nos osculumur hunc temporum Filium, & æternitatis Pa-  
trem, quem non pudet nos indignos vocare fratres su-  
os Ebr. 2, 17.

### USUS TERTIUS PÆDEUTICUS.

*Quo te sancta vocant cælorum fata, seqvaris.*

§. 10. Sanctissimâ nostri Servatoris in vita, qvæ  
nobis præscriptum vivendi exemplar reliquit, quam ma-  
xime notabilis est stupenda illa divinæ mentis æqvitas, qua  
vel sine ullo contrarentiendi indicio fatis omnibus ira se  
submisit, ut durissima qvæq;, qvorum tamen horrendam  
molestiam precabundo ore contestabatur, nihilominus sua  
sponte, ac lubentissime susciperet, fortiter sustineret, ac  
feliciter tandem superaret. Qya in re nostram ipsius imita-  
tionem Petrus Apostolus omni jure postulat ep. I. c. 2.  
¶. 21. *ίνα επικολλήσωμεν της ἵχνους αὐτῆς.* Illis vero in fa-  
tis

tis crebra sanctissimi Servatoris fuerunt itinera, pedestria plerumque, raro alia, quibus a primis pueri viribus ad sacerdotium debuit, ut, quocunque divina ipsum postulatura erat vocatio, eodem imperterritus prodire disceret a tenerissimis inde ungiviculis. *Vix conceptus* vocatur in montana Iudea: *vix trium embryo mensum* reddit Nazaretem: *vix brevissimo a partu distans intervallo* Bethlehemam deferatur: *vix natus* Hierosolymam habet ingrediendam: *vix unum mensem dimidio superans* in Galilaeam reddit: *vix biennis* arduo in Aegyptum itinere fugit: *vix anno annis addito* in patriam reducitur.

*Sic puerum sua fata vocant sua fata sequentem:  
Nos itidem pia fata pii, puerumque sequamur!*

§. II. Non erit speramus, qui non videat, quod sensu fati vocabulum sumamus, sc. pro voluntate, & decreto Dei nostram salutem respiciente, quod vomodo salus nostra respici potest. Nullum igitur hic cum Calvinianis rigorosioribus, absolutum atque a praescio circumstantiarum olim futurarum intuitu immune DEI & immane Decretum fingimus, quod nos huc illuc volentes nolentes trahat retrahatque, nec nostra pœnitentia, fide, prece moveri possit, neque ullum cum Stoicis fatum intelligimus inevitabile ob horrendam causarum homines in omnis generis eventa quasi ad rotæ instar rapientium circumagitantiumque connexionem, neque etiam cum Epicureis, qui itidem fati voce interdum utebantur, meram aliquam DEI ociosi, concessionem & ad humanas res non attenti silentium potius, quam fatum somniamus, nec tandem cum ethnici aliis Deum, Deam ve efforramus, qui vel Jove maiores esse credebantur, & Moeges, Parcaeque Magnæ, & Fati nomine veniebant. Id autem concedimus, hoc quod intelligimus, fatum interdum qui dem *Decretum Absolutum*, interdum vero *Conditionatum*, Or-

dinatum & Non absolutum esse, ea sc. ratione, q va hæ vo-  
ces ad voluntatem DEI hominibus declarandam adhibe-  
risolent.

§. 12. Qvando igitur DEUS in *Voluntate Absolu-*  
*ta, aut Non - absuta, Ordinata, Conditionata* aliquid de no-  
stra vita, debonis, de honoribus, de corpore, de anima, de  
æterna salute decernit, qvis tantæ aut temeritatis, aut stul-  
titiæ, aut rabiei esse velit, ut huic Vocantis nos in hæc aut  
alia eventa DEI voluntati velit resistere, & vel cum *Nica-*  
*nore* terrestrem fese Dominum fingere, aut cum *Pharaone*  
vocantis DEI vocem spernere cupiat? Absimus à tan-  
ta impietate, qvi Christiani sumus, & seqvamur fata, q va  
liaqvalia fint futura. Duc amur, non trahamur: seqvamur,  
non rapiamur; qvin potius, si voluntatem Diuinæ men-  
tis cognoscere queamus, eamdemcomitemur. Christiano-  
rum hoc est & filiorum DEI, & si vel hoc modo *εἰργιοτοῖς*  
futuri sumus ad sopiendam ex fide in divina voluntate no-  
stram animam, *νίσι οὐληπούμεθα*, ut huc transferam ver-  
ba Matth. 5, 9. Pertinet huc vero monitum *Jeremias* di-  
vino jussu *Neriada Baruch* datum Jer. 45. Nos igitur, qui  
adoptati à DEO sumus filii, ne dubitemus Parentis nostri  
fata & consilia seqyi, cum videamus æternum, unigeni-  
tum, & proprie dictum Dei Filium secundum humanam na-  
turam pro humili pariter, & exaltando carnis statu Divi-  
na Patris fata promptissime esse lecutum, sicut expresse pre-  
cabundus testatur Matth. 20,39. *τὸν δὲ ἐχόντα εἴ τι θέλω, αὐτὸν οὐδέποτε.*  
& Marc. 14,36. *ἀλλ' εἰ τι γὰρ θέλω, αὐτὸν, οὐ σοῦ.* Qvibus ē verbis patet  
qvāta animi æquitate in sua sibi decreta fata consenserit, necq  
qvid, neq; qvomodo ulla morositate præscribens: qvā in rem  
apud Matth. vers. 42. addit: *εἰ τι δύναται οὐ περιγράψω τὸ θέλημά σου,*  
& ex Ps. 39. citato Hebr. 10. 7. *τὸν δὲ θέλειν (τὸ πεφαλιδίθι βιβλίον γέγρα-  
πτο) εἰ τι εἴπεις τὸ ποιῆσαι, οὐ θέσος, τὸ θέλημά σου.* Fiamus similes  
Jesu seqventi, & similes dilecto Dei Filio fiemus.

USUS

## USUS QUARTUS EPANORTHOTICUS.

*Egyptum quid vis contemnens astra tenere.*

§. 13. Ad hunc usum insinuandum inducit nos vox  
מִצְרַיִם ex Aegypto. Observavit jam eundem Fr. Spanh.  
sæpe nobis citatus in D.E.P. i. D. n. 15. p. 118. his verbis: *Imo  
documentum datur mysticum & morale, DEUM vocare filios suos  
ex Aegypto, in qua naturaliter omnes demersi jacemus. Sic Deus  
jubet lucem splendere in tenebris & tenebris, ordinem prodire  
e Chao, bonum e malo.* Vocavit scilicet DEUS ex ethnica  
Regum Aegypti terra, quo ad tempus eumdem miserat,  
suum Filium, neq; hic redditum in terram alteram detrectavit,  
qvæ ipsi passionis primum, ac gloriæ deinde sedes in terris  
erat destinata. Idem nos DEUS ex Aegypto mundi τον κόσμον  
ιανηροφ jacentis, sceleribus inhiantis, & in omnia flagitia, li-  
bidinesq; propendentis evocat, non quasi externo mundo  
excedere debeamus, sed ne mundi, i. e. improborum, fla-  
gitiosa societate contaminemur. Qva de re pro infinita DEI  
sapientia per Paulum 1. Cor. c. 5. & 2. Cor. 6. 14. f. magna  
cum attentione legendum benevolentissime pariter & stre-  
nuissime monemur. Non debemus hunc detrectare exitum  
nos, qvibus ad astra DEI Sanctus patet aditus, &, qvamvis  
ad tempus ex dira scelestorum Aegypto exeuntibus succe-  
dant molestiae Aetnæ onere graviores, non hærebimus ta-  
men propterea in flagitiis hujus mundi; spectabimus potius  
molestiarum exitum, τὰς μετὰ τὰ παθήματα δόξας, ταῦς  
& τὰς μέλλουσας οὐκανατίας τὰς δύναμες παθήματα.  
In con. ἡγια ἦναι Paulus concludit Rom. 8, 18.

§. 14. Solet autem Aegypius non tantum in genere vexato-  
rem Christianorum orbem, sed & inspecie vexatricem eorū  
*Romam*, Pontificiæq; nunc sedis urbem magnam, qvæ est  
Rom. curia, significare in ipsis etiæ SS. literis, in primis Apoc.  
ii, 8. ubi hæc sunt verba: καὶ τὰ πάθημα αὐτῶν ὑπῆρχε πλατύτελλος

πόλεις τῆς μεγάλης, ἦτος καλέσαμεν παθουματίας Σόδομας καὶ Αἰ-  
γαύης, ὅπερ καὶ ἡ Κύρη ἡμῶν εἰς αὐτὸν. Ubi profecto, Ro-  
manæ tyrannidis sedem & dominiū indicari, iis, qui ad  
circumstantias attendere volent, satis clare patebit. Certe  
sicut *Ægyptus* & Mosen, & Israēlis horrendis anxit labori-  
bus, æruminis & molestiis, ita Christum crucifixum ite-  
rum & intra missam, & extra missam crucifigit Roma, per-  
que innumeros ministros exsecrandæ libidinis honorum, &  
idololatricorum cultuum iis, qui verè Christum colunt, o-  
mnis generis tormina & apparat, & applicat. Sint æternæ  
DEO gratiæ, qui nos ex illa *Ægypto* evocavit, evocatosq; edu-  
xit, quique ē tenebris ad Evangelii lucem nos prodire jussit,  
& prodeum est haec tenus defendit. Verumō, in quæ tem-  
porā, in quos mores incidisti, nostra Germania! quæ prin-  
cipes tuos liberos in excindendam *Ægyptum* redire, & astra  
*DEI contemnere* vides. Quot nunc Damones *Paulum*, *Po-  
lumq;* relinqunt, atque in hujus mundiamores rursum se  
præcipitant. *Auri sacra fames, regni vesana libido, quo tra-  
bus ab! miseros mortales?* Qui post regna DÉUM querunt, quem  
scire recusant. Videmus enim hos sceptris, illos principa-  
tibus, istos episcopatibus, alios nobilibus dominiorum titulis  
ad deferendū allici DEUM, ad spernenda astrorum induci  
angelicorum consortia, atq; ad ejurandam sanctissimam, in  
solo Mediatore Christo ponendā, fidem. Quæ quæso in tem-  
pora incidimus deflendis Evangelii desertoribus, fideiq;  
proditoribus reservati. O quicunque in deterrimam  
teterrimamq; istam rediisti *Ægyptum*, mutes animum, mu-  
tes sensa, moresque iterum mutes, anteqvam te feriat exi-  
tium. *Ægyptum quid vis contemnens astra, tenere?*

s. 15. Neque cœlum neq; terram desiderat Affa-  
phus, DEUM suum si possit habere: nos neq; *Ægyptum*  
papalem, neque *Ægypticos* papatus honores desiderabili-  
mus

mus, qui nostrum Jesum semel cognovimus. Meditemur  
Hebr. 6, 4-8. & c. 10, 26-31. ubi peccato in Spiritum S. si non-  
dum sint implicati, certe proximi esse describuntur ejus-  
modi Apostatae. Meditemur Aegytiacas ollas infauste desi-  
derantem, ac vana piscis carnisq; & panis ac potus, por-  
riq; & allii, cucumerum & cæparum in terra Mizrajim ab-  
undantium cupidine correptum, falsoq; infeliciter de Aegy-  
ptiis magna crepantem populum Israëlis Ex. 16, 3. c. 17, 3.  
Num. 11, 5. c. 14, 2. 3. &c. Meditemur minas Israëlitarum  
semper in Aegyptum redituros se esse profitentium, &  
consilia Judæorum ex Aegypto auxilia exspectantium re-  
ditumque in Aegyptios parantium. Hos. 7, 16. item c.  
9, 3. 6. &c. Eli. 36, 6. Jer. 43. & 44. Qvanta vero mala &  
reduces in Aegyptū Israëlitas, & ipsos consecuta sint Aegypti-  
os, testantur sacræ pariter, & reliquæ historiæ. Simus quæsto  
Mosis imitatores, qui μέγας γυνόμενος, πίστις ἡρώων δέλεαδ  
νίος θυσατηρὸς Φαραὼ, μᾶλλον ἐλόμενος συγκινεχθεὶς τῷ λαῷ  
Θεῖος, ἢ πεφοκαστεὶς ἔχειν αἰματοῖς δὲπλαυσον, μέτζον τοῦ πατέρος ιηπ-  
τομένος τῶντες Αἴγυπτον θυσαριζόν τὸν ὀνειδοσμὸν δὲ Χριστόν, ἀπεβλεπε  
γεῖς τὴν μαθαποδοσίαν. οὐτε, πίστις κατέλιπεν Αἴγυπτον μη Θεούθεος  
τὸν θυμὸν δὲ βαστάνεις, τὸν γε ἀρέστον οὐδὲν σκαρπέρησε Hebr.  
11, 24.-27. Simus Israëlitarum exeuntium, dum credebant,  
ex Aegypto imitatores, qui promissam, nec unquam oculis  
visam Cananæorum terram Aegypto præferebant, certisq;  
& licet laboriosis, laborum tamen fine malqvando speran-  
tibus, domiciliis anteponebant duras itinerum molestias. Si-  
mus ipsius nostri Servatoris similes, qui ex divino jussu in-  
fidiantem sibi patriam repetere, qvām in Aegypti terris vi-  
vere præoptavit.

§. 16. Quid malos sectabimur Aegypti amatores?  
sectemur bonos, qui hanc odere populi sancti persecuti-  
cem Aegyptum. Numquam in eam, in qua semel fuit,

C

rediit

rediit Ægyptum DEI Filius! Quid ergo in papatus, qvid  
in hujus mundi Ægyptum redeunt ii, qui nomen filiorum  
DEI ambiunt? Ad astra DEI ferri se credunt apostatae, &  
ad diabolica retrahuntur rastra, : cœlos sibi fingunt, &  
ad inferna rapiuntur: DEUM mentiuntur, Papam reve-  
rentur, gloriam adorant, & Orcum conseqvuntur. Misér-  
rime, Ægyptum, qvid vis contemnens astra, tenere. § Si rati-  
onibus te defendis, profer easdem ad lumen Evangelii! si  
pietatem prætendis, qvid in iisdem vivis sceleribus, qvid  
que pietatem, quam simulas, extra veram pietatem quæreris?  
Si fidem nostram incudas, & veritatem alibi anqviris, en-  
tibi verba Sp. S., in quibus via est & veritas, & vita... Ve-  
ritas est DEO credere loquenti, & pietas est, ex jure divino  
vivere; sed gloriam sub veritatis prætextu, & opes sub  
pietatis simulatione quærere, vanitas est, & impietas.

§. 17. Neque vero credas, excusationis locum ha-  
bere prætextum aut de salute popul, qvod ea suprema lex  
sit, & propterea sape mutandus sit animus, aut de fide  
principi debita, qvod commodis ejus sis obstrictus quoqvo-  
modo observandis & defendendis. Profecto non potest non  
male & sibi, & suorum civium saluti consulere, qui non est  
per conscientiam post institutum sacrarum literarum scruta-  
men, suorumque dubiorum justam expositionem con-  
victus de suæ religionis falsitate, & alterius, quam capessit,  
veritate. Et qvid rationis est, terrestrem cœlesti saluti  
salutem præponere. § Quam tu salutem vocas, salus cer-  
te non est: cœli spectandi sunt: æternitas est meditanda:  
DEUS & ipsius Christus ob oculos versetur: ibi enim, nec ali-  
bi salus ulla est.

§. 18. Qvod vero ad principum te rationes hoc in ne-  
gocio vis accommodare, principem præ DEO adoras, & Æ-  
gyptum fœdam præ astris tibi feligis. Non id prudéntio-  
res

res principum animi desiderant, & si desiderent, obseqvi-  
um in animæ negocio nullum merentur. Neque enim  
DEUS ex principe, sed princeps ex DEO merendus est.  
Servire principibus, & malis etiam principibus pii debent  
ministri; in flagitiis, in libidinibus, in apostasia servire iis  
non debent. Neq; vero hoc est principi fidelem esse, qvod  
tibi ipsi infidelis es: hunc scias omnibus fidum esse, qvi sibi  
primum ipsi fidus est; qviq; suæ, qvæ æternitatem spectat,  
saluti ipse non recte servit, eum nemini recte serviturum  
esse credas. Sit igitur ille princeps, sit ille tuus princeps,  
sit ille potentissimus princeps: at DEUS n̄ sit: ad aram  
uscj princeps sit. Non decet ex principis solio thronum  
DEI fingere, neq; humanam majestatem in divinam con-  
vertere.. Qvod qvi faciunt, libidinum publicarum se  
servos faciunt, corporibus pascendis animarum qvietem  
postponunt, & idololatricam præ cœlo Ægyptum qværunt.  
Absint Principum flagitia, & Ministrorum servitia  
flagitiosa! absint principum apostasia, & ministrorum vel  
præcessus, vel imitatio! Fugiatur hæc sub regio splendo-  
re Ægyptus, ut æternæ gloriæ æternus splendor conser-  
vetur.

### USUS QUINTUS PARACLETICUS.

*Non sibi, pro nostra Jesus est pace vocatus.*

§. 19. Fluit hoc ex verbo קראתי, evocavi ego,  
verire jussi: qvod Verbum suo jure nos ad hanc medita-  
tionem inducit, ut qværamus, qvare DEUS suum hunc  
Filium vocarit? Aut enim suum vocavit Filium DEUS  
sui gratia, aut ipsius gratia, aut aliorum gratia. Ne-  
que vero in eas cogitationes illabi possumus, vocatum esse  
suum à DEO sui gratia Filium: namque DEUS nulla re  
indiget, qvippe qvi est שׁר sufficiens in se, & o-

omnipotentissimus per se se, ut propter ea in auxilium, aut sublevationem sui non vocet Filium: nec a Filio suo quod ad essentiam aut separatus, aut distinctus est, quippe quae personae non tantum in unum, sed & unum sunt, & nullatenus essentialiter distingui, nedum separari possunt. Neque etiam suum DEUS Filium vocavit ipsius gratia: Namque & Filius ut DEUS eadem gaudet essentiali & potentia, & sufficientia, neque quidquam, ad quod sui gratia absens vocaretur, aut accipere, aut ministerialiter agere poterat, cum i θεος της της μαρτιους jam ante creationem, & ex aeterno esset, ejusdemque cum Patre & essentiae, & gloriarum, & facultatis sit: atque ut homo vocatus quidem est, sed non tam suae securitatis causa, quippe qui per suam sibi communicatam omnipotentiam ubique tutus, & glorus etiam, si voluisse, esse certe potuisset. Certum igitur est, vocatum illum esse aliorum in gratiam. Cujus vero in gratiam? Angelorumne? Non sane: εν διπτε αγγελων επιλαμβανεται, Hebr. 2,16. an brutorum? neque hoc: Μη των βοιων (χτων) μηλαι τη θεω; 1. Cor. 9,9. an aliorum in gratiam creatorum, ratione, ac si insu non frumentum? Neque vero id: ουδε ερασθ, καη η γη παρελθονται Luc. 21,33. Sed hominum in gratiam vocatus est, non tantum simpliciter ad exsequendum redemtionis inexplicabile, & incomparabile negocium, sed & specialiter ex Aegypto, ut in Israe lis terra novum sibi populum Israe l formaret, qui non ex spermate solius Israe lis foret, sed qui foret ex Israe lis fide, quique non Abrahams tantum sanguinem, sed potius obedientiam, fiduciam, & justitiam circumgestaret; ita tamen, ut lubens demus, accidisse illa omnia, ut Paulus saepe monet, ισαδραι τε πρωτην καη Ελληνι.

§. 20. Observant hunc vocationis finem licet cum aliqua Israe lis prerogativa plerique omnes, qui haec de Christo

ſtō apud Hoseam verba capiunt, Interpretes. Calovius  
enim p.744. n.4. ſic judicat: *Quia bicalſud ſubiectum in-*  
*ſerit, ET VOCAVI FILIUM MEUM, haud obſcure docet,*  
*in gratiam poius Iſraēlis, & ob dilectionem ejusdem vocatum*  
*dici Filium DEI, quam ipſum Iſraēlem vocatum eſſe.* Seb.  
Schm. in h. l. Amor DEI h. l. eſt amor ſimil alicujus prelationis;  
quo numirum DEUS Iſraēlem ita dilexit, ut eum preferrat omni-  
bus aliis populis, adeoque beneficit, & benefacere voluit am-  
plius, quam ulli ex omnibus populis. Hunc amorem DEI erga  
Iſraēlem præ reliquis populis paſſim celebraſ scriptura, & in hoc  
magna ex parte ponit, quod DEUS eum ſibi elegit in peculium,  
eumq; in finem in terram Canaan deduxit, & in eo plantavit  
Eccleſiam & rem. ſibi; præcipue ramen & maxima ex parte  
consiftit in eo, quod Chriſtum Redemptorem humani generis illis  
primum dedit, & promiſit. Atq; hoc eſt, quod ſequitur: Ei ex  
Ægypto vocavi filio meo, vel filium meum. & paullo post: Unde  
etiam patet, cui bono DEUS vocaverit Filium ſuum ex Ægypto:  
nimurum in ejus bonum & commodum, quem amavie, Iſraēlis. &  
iterum: Interim vocatis Chriſti ex Ægypto eotum opus redem-  
tionis ab incarnatione Chriſti usq; ad mortem ejus complectitur.  
Cuius namq; bono Chriſtus ex Ægypto vocatus eſt, ejus bono eti-  
am natus & mortuus eſt. Quoad Iſraēlem tamen ſingulare be-  
neſcium etiam eſt, quod Chriſtus ejectus ex Iudea in Ægyptum,  
in Ægypto non mansi, & ibi inter Judeos, qui plurimi ibi erant,  
& Ægyptios, ſed in terram Iſraēl revocatus eſt, & hic docuit.

§. 21. Habeant hic beneficium a DEO prærogativam  
Iſraēlitæ; habent certe proprii etiam maleſicuſ præro-  
gativam. vid: Joh. 19, 11. Certum nihilominus nobis hoc  
manet, qvidquid Judæis ex ultimo vocationis fine in Chri-  
ſto evenit, nobis idem omnibus eveniſſe, unde recte Coce-  
reius adh. l. Reductionis bujus cauſam facit amorem ſuum. A-  
moris enim DEI eſt, quod filium ſuum dedit, imò tradiſit pro

nobis victimam Job. 3, 16. Ast quæ seqvuntur: Rursum bie-  
monemus, Et vocem Amoris in emphasi accipi longe melius de do-  
natione Filii ad salutem, quam de quibusvis beneficiis, quæ Isra-  
æli ante id tempus praefixa sunt, que ipsi non profuerunt, quo  
minus in suamq[ue]m[od]i relinqveretur exsors iudeiciorum illius, quæ  
datur per Christum: ea ex ultima parte videri possunt mi-  
nus commoda, siquidem Israælitæ ante Christum, dummo-  
do in eum credidere, æque è sua ὑπόστασι (ut ejus verbo ut-  
tar) ad iudeicias, quæ per Christum datur, pervenere, ac  
omnes illi, qui credentes cum Christo, & post Christum  
vixerent. Est enim non posteriorum tantum, & æquivalium,  
sed & majorum suorum & defunctorum ante se omnium  
Redemptor, neminem suæ iudeicias jure excludens, aut ejus  
exsortem esse volens, qui fide sese Christum amplecti vo-  
luerit. Unde negari nequit ante id tempus, quo ex Ä-  
gypto vocandus fuit Christus, varia Israælitis beneficia  
divinitus contigisse, quæ & Christum respexerint, & in-  
Christo è ὑπόστασι iudeicias per fidem ipsos transtulere.  
Verum tamen excusari Coccejus potest, si de terrenis be-  
neficiis solis, & quæ talibus loqvatur, quæ certe ad hanc,  
quæ per Christum fit, iudeicias nihil faciunt.

§. 22. Qvod vero pro nostra pace ipse Christus sit  
vocatus, indicat illud Es. 53, 5. וְלֹא־פָנֵן שְׁלֹמֹךְ Castiga-  
tio pacis nostræ (licet alii etiam vertant: retributio[n]is na-  
stre: certe non contraria illa, sed subordinata sunt:) Imper-  
illo, vel illum. Qvod Paulus nobis confirmat, quando non  
tantum Rom. 5, 1. Εἰρήνη, ait, ἔχομεν τὸν θεόν ἡμᾶς καὶ τὸν  
εἰς ἡμῶν ἤγειραν Χριστόν, sed & Col. 1, 20. DEUM VOCAT εἰρηνο-  
νόντας ἡμᾶς εἰς τὰ διάδημα τῆς γῆς, εἰς τὰ διάδημα τῆς γῆς,  
εἰς τὰ διάδημα τῆς γῆς. Qvanta hæc conterritis ob criminis,  
& conscientiae morum consolatio est animabus! Non sibi, qui pacem ac  
falu em

salutem ipse omnem habebat, non sibi, in quo *σωματικῶς*, τὸν δὲ  
*φυματίος* habitabat; sed pro nostra *Jesus est pace*  
*victor*, qui conciliatione indigebamus, nec ullum nōra-  
mus pacis ac salutis recuperandæ modum aut viam, ac di-  
vinitatis hostes & appellabamur, & eramus. Pax in fa-  
cbris quantam salutem significet, unde legentibus appa-  
ret, ut hæc inde etiam consolatio ad nos promanet, quod  
in hac pace omnis beatitudinis largam segetem habe-  
mus. Quo Paulus Rom: 8, 32. respicit elegantissimam a  
minore ad majus comparationem instituens: Τε ιδία τις  
τοι ερέσθε, ἔλλα. Ταῦτα οὐ μόνον πάντων παρέστων αὐτὸν, πῶς ἐχὶ τούτῳ  
τῷ αὐτῷ τὰ πάντα οἷμιν χαρέσθε; Bene nos! bene o-  
mnes! pro nobis enim, imo pro omnibus pacem ut recu-  
peraret, & restitueret, vocatus est *Jesus*, revocatus etiam  
est ex Ægypto in terram Israël suæ passioni, morti, resuscita-  
tioni destinatum. Habemus ergo vere & actu in eo  
pacem, in eo salutem, in eo omnia; quibus omnes ex fide  
ipsi adhærentes in eadem fide & fruimur, & gaudemus,  
æternum ampliore cum fructu iisdem gavisuri.

## USUS SEXTUS DOCIMASTICUS.

*Pulchrum scripturæ sensum quis rite frequentat?*

§. 23. Omnis, qui ē sacrī ad nos penetrat, usus  
egregii esse potest emolumēti, si accedat *δοκιμασίᾳ*, seu illa  
exploratio, an nos haud nominetenus, sed & reapse hunc  
vel illum usum nostro in pectore sentiamus. Ita ad primum,  
quem proposuimus, Usum *Dogmaticum* hæc in nos descen-  
dere debet inquisitio, an veraci sacræ scripturæ de seipsa  
testantis autoritatē lubenter, & sine fraude credamus? ad  
alterum *Elencticum*, an de Filio DEI æterno ē scripturis  
convicti abominemur hostilem ipsius contemptum & abne-  
gationem? ad tertium *Pædanticum*, an præstituta nobis  
divinitus

divinitus vocati fatâ sine murmurâ excipiamus, filiorum  
more osculemur, & prompti sequamur ad quartum, *Epanor-  
thoticum*, an sceleratâ mundi, itemq; papatus, omniumq; hæ-  
resiū aut jam reliquerimus aut relinqvere velimus Ægyptū,  
ad quam relinqvendā toties nos divinaS. Spir. gratia vocat  
& suscitat ad quintū *Paracletum*, an ē sufficientissimo Christi  
pro nostra pace vocati, ac tandem ad moriendum traditi  
meritō solamina sentiamus, pectusque nostrum post pœni-  
tentiam recreatæ conscientiæ pacem in sese deprehendat,  
ac persentiscat?

§. 24. Quod si ergo in *dominatio* nostrum deprehendet fucum, qvod sc. eruditionis tantum ostendendæ, vel  
historicæ fidei tuendæ gratia de talibus licet momentosis  
diffidamus negotiis, illius tunc munus est, ut ea, qvæ lo-  
quimur, nec persentiscimus, quæq; intellectu solo, non usu  
percipimus, justum in ordinē redigat, animumq; ad intimū  
veritatis, & justitiae sensum perducat. Hinc sine probatione,  
seu exploratione, quam *dominatio* Græci dicunt, omnia alias  
maxime salutifera in iis frustra sunt, qvi per ætatem, viresq;  
animi talem *dominatio*, ac tale de se explorationis judici-  
um instituere possunt, nec tamen instituunt: qya de re vel  
in moralibus humanis sæpiissime nostro cum rubore jam Se-  
neeca ethnicus nos co[m]onefecit. Idem vero Scriptura gravi-  
oribus profecto armata rationibus, & in rebus quoq; ponde-  
ris longe majoris sancte versans præstat, atq; explorati-  
onem nostri tanta strenuitate nobis commendat, ut stu-  
pidi simus & recordes, si eamdem recte instituere non pro-  
peremus. Vid. 1. Cor. 5, 6. f.c. II, 28, 31, 32. 1. Tim. 4, 12. f. Act. 20,  
28. Unde hunc usum omnium præcellentissimum, qvi que  
omnium usum sit usus, appellare non veremur.

§. 52. Hic vero speciatim nos memorabilem aliquam  
*dominatio* nobis præstituere, & ex ostendo per Spiritum San-  
ctum

Etum, sensu, qvi verbis Hoseæ (c.ii, i.) genuinus inest, usum  
hunc exploratorium capere decrevimus, an satis seduli  
in inqvirendo S. Scripturæ vero sensu exsistamus, cum  
nulla usquam res majoris sit momenti, quam Divini ver-  
bi genuina cognitio atqve interpretatio. Eruditissimos  
variij generis viros, & multos in iis sancta pietate insignes  
suam sanctissimis hisce literis operam navâsse, tot opera,  
tot scripta, tot monumenta ostendunt de quaesitæ ac re-  
pertæ veritatis principatu amice interdum, interdum quo-  
que minus amice contendentia. Nec leve incitamentum  
nostræ hic est diligentia, qvod in Judæis Dominus aut com-  
menda, aut desiderat ἡ ερδνα τὰς χραφὰς, cum illæ ipsæ  
sint de Christo testantes Joh. 5, 39. qvodq; Mosi vult fidem  
haberi, qvippe qvi de se quoque Servatore scripserit, ibid.  
v. 46.47. qvodque viventibus jam salvus Abraham Mosen  
ac Prophetas fidè legendos porrigit Luc. 16, 29.31. qvodq;  
in iis perscrutandis suos ipse DEI Filius discipulos manu  
quaſi ducit & gubernat Luc. 24, 25 – 27.32. 44. 46. qvodque  
Petrus Propheticum Scripturæ verbum omni prudentia  
sapientiaq; naturali, qvin imo nova omni revelatione  
firmius, & omni luce magis observandum esse profitetur  
2. Petr. i, 19. 20. 21. qvodque Paulus τὰ ιερὰ χάριμα tantis,  
qvanta vix concipere possumus, laudum ornamenti cō-  
mendat 2. Tim. 3, 14-17. ut taceam crebras ad Vetus Testa-  
mentum Iesu, ac discipulorum provocationes. An igitur  
nos quoque tantam sacris hisce literis, qvantam merentur,  
industriam dicamus, ut summi nostræ salutis copiā pol-  
lentem ejus sensum reperire possimus? Faxit id Deus, &  
laborantes adjuvet!

§. 26. Id vero præ omnibus tanquam firmum & immobi-  
le ponendū est, non tolerare scripturas ullam ceu genuinā  
aliā interpretationem, quam qvæ cum prima inspirantis

D

Spi-

Spiritus Sancti intentione congruit, unde inter interpretandum neque addere quidquam, neque demere nos decet, sed justam verborum seriem ad communem scripturarum semet ipsas optime explicantium canonem & consensum, itemque ad analogiam fidei, adhibita, quousque id fieri potest, propria explicatione sequi debemus. Neque enim credamus, nimis leve in Scriptura scripturæ genus esse; satis omnia eximia sunt, ac satis gravia: est enim, ut Evangelium, ita etiam ipsum, in quo Evangelium continetur, DEI verbum δύναμις Θεος ἐστι σωτηρία. Tim. 3,15. imo δύναμις Θεος ἐστι σωτηρία Rom. 1,16. ac verba Christi sunt πνευματικά λόγοι αληθείας, quid? ipsa τὰ πνευματικά πνεύματα εἰσὶν. Joh. 6,63. & 68. Hinc egregium est Petri monitum, ut hoc præ omnibus agnoscamus in lectioне Verbi tanquam primarium, quod omnis prophetia scripturæ non sit propriæ, seu arbitrariæ hominum interpretationis, quippe quæ nec prolata sit unquam ex humana voluntate, sed ex arbitrio Spiritus Sancti, à quo acta suas prophetias dederit Sancta DEI virorum cohors, 2. Petr. 1, 20.21. qui idem propterea pseudodidascalos hæresium ad perniciem accommodatarum auctores nos jubet observare ac vitare, quippe qui, ut olim pseudoprophetæ falsò locuti, ita nunc verorum prophetarum scripta falso interpretaturi sint. c. 2,1.

§. 27. Patitur hic loci ratio, ut paucis nostram de sensu scripturæ Literali & Mysticæ exponamus sententiam: recte enim concedi, & jure tuendum esse sensum Mysticum jam Parte III. §. 1. probavimus. Est igitur sensus scripturæ vel *Verus*, vel *Falsus*. Et hic quidem est (1.) *male clatus*, sc. si quis ipsas literas accipit, ut significant in Sensu literæ, non habita ratione latentis pariter, & observanti quovque satis patentis tropi, hieroglyphici, parabolæ, syncata-

catabaseos, anthropopathias & similiū: e.gr. cum Anthropomorphitæ male sibi corporeum ex scriptura Deum effrebant, vel si quis Herodem pro vera vulpe habere, vel contristatum Spiritum S. sibi fingere, vel bestias Danielis tales re ipsa credere velit. (2.) *male allatus*, si quis per allusionem, vel callidam accommodationem alieni sensus verba à Sp. S. usurpata insensu, quem vocant, transsumtivo vel accommodativo ad falsam tuendam materiam applicare audet: tum ille sensus, qui huic male allato dicto accommodatur, profecto falsus est: e. gr. quando voces illas Luc. 22, 38. ἰδε μάχαρα ὡς οὐσία! Ecce duo hic gladii! perfidus ille Pontifex ad duplēm, imperiale sc. & papalem, dignitatem tuendam applicabat. (3.) *male ablatus*, si quis omissis cohærentibus necessariis per divisionis fallaciam ē verbis scripturæ falsum producit sensum, e.gr. cum post duorum ex monomachia protinus pereuntium interitum in epitaphio quodam scriptum esse ad illorum imaginem accepimus: *Sanguis Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccato*, cum præmitti & jungi debuissent hæc: Εὰν ἐστῷ Φωὺν τοῦ ποτῶν μετέ, ὡς αὐτὸς ἐστιν ἡ τῷ Φωτὶ κοινωνία σχεμεν μετ' αἱλάγων, καὶ τὸ αἷκνη Ιησοῦ Χριστοῦ θύμις αὐτὸς καθαρός ημᾶς δηπότες ἀμφεπλενε. Quod si in lumine ambulamus, ut ipse est in lumine, communionem babemus inter nos mutuam, *Sanguis Jesu Christi Filii DEI mundat nos ab omni peccato!* 1. Joh. 1, 7. (4.) *Male oblatus*, si quis per compositionis fallaciam conjunctis iis, quæ conjugenda non erant, falsum animo sensum conciliat: uti videmus per Eusebiū fieri hoc nostro in loco P. 2. §. 10. Sed illustris locus est Apoc. 13, 8. cui multi vim inferunt plane non tolerabilem, Christum vocantes τὸ αἴριαν οὐ φαγμένοντα καταβολήν καστιχ, quod omnino falsū est. Nec enim Christo, nisi semel moriū fuit: non nisi semel mandandus fuit: non nisi semel οὐ φαγμένος ἐστι. Falluntur egre-

gie, qvi per compositionis fallaciam hæc conjungunt, errore non facile excusabili, cuiuscujus autoritas offeratur: nam a. non pertinent hæc voces δοκιμωλης κριτης ad vocem ισφαγμένης, sed ad voces, ἣν εἰς γέγονη τὰ οὐρανά εἰ τῇ βίᾳ βλητῆς ζωῆς. b. Christus non à primis inde mundi fundamentis est mactatus: Qvod si concederetur, haberent Pontifici, qvod volunt, de sacrificio suo missatico. Si enim absurdum non est, Christum per victimas, & sacrificia DEO oblatum ab initio usq[ue] mundi esse ισφαγμένος, & tamen deinde in cruce esse corporetenus mortuum; absurdum quoq[ue] non erit, Christum corporetenus moriendum in sacrificio Missæ incruento oblatum DEO ad finem usq[ue] mundi eodem modo οφάσθαι, seu mactari, qvomodo in V.T. ισφαγμένος, seu mactatus atq[ue] occisus fuit. Qvod tamen in ipfis concedi non poterit. γ. Non consentit cum Paulo, qvi docet, Christum mortuum esse ιφάνεξ Rom.6, 10. & majori longe vocum emphasi Hebr.9, 28. tradit, επειδή περιείρεται εἰς τὸ πολλὰ αἰτεῖταιν αἰματιας, semel sacrificatum seu oblatum εἴτε τανquam hostiam, ad tollenda multorum peccata, quibus premiserat hæc memorabilia: εἰδούσας περιφέρη εἰς τὸν ὄχημα τοῦ Αρχιεροῦ εἰσέβρχεται εἰς τὴν αἷτην καὶ ἐσταυτὸν τὸ αἷτην αἱματιανήσιν, ἐπειδή αὐτὸν πολλάκις παθεῖν δοῦλον πατειβωλης κριτης, τοῦ δὲ αἵτην θητὴ σωματεῖα τὸν αἰώνα (qvod malum verti: in der Fülle der Seiten Conf. Gal. 4, 4. qvam sic: am Ende der Welt) εἰς αἵτειν αἰματιας Δικῆς τῆς Γοτθίου αὐτῆς πεφαμένω). Unde expresse patet, esse ισφαγμένος δοκιμωλης κριτης, & πολλακις εἰς τὸν αἵτην (qvod particula εἰτα inferi cum Imperfecto εἰδούσιον vix oportebat, oportuerat) δοκιμωλης κριτης, qvā vehementer hæc duo sibi repugnant. Conf. Hebr:c. 7, 27. δ. si hæc compositio locum haberet, a proprietate vocum recedendum foret, tum in voce ισφαγμένον, tum rursus in vocibus δοκιμωλης κριτης sine ne-

necessitate, qvod in Scriptura S. concedi non potest. Qvod  
vero hanc expositionem nulla requirat necessitas, qvin po-  
tius prohibeat expositioni s. hujus incommoditas & alteri-  
us expositionis dexteritas, facile legenti patet. (5) male col-  
latus, si quis parallelismum fingit inter duo loca, qvæ  
fallum deinde pariunt sensum. e. gr. quando multi putant  
parallelismum esse inter Ebr. 1,5. *אָנֹכִי אֲדֹנֵיךְ וְאַתָּה אַתָּה אֲדֹנֵינוּ*, itēq; 2.Sam. 7,14. (Hebr. 17.) 3.  
repetuntur: & inter 1.Chr. 23, (H. 21.) 10. ubi fere eadem  
verba recensentur: *וְהִיא יְהִי־לְבָנֶךָ וְאַנְתָּךְ לְאָבֶבֶן* coll. cum  
1.Chr. 29, (Hebr. 28.) 6. cu. tamen geminus hic postremus locus, utut videatur,  
præcedentibus æqualis & parallelus esse nequeat. Qvod  
qui volunt, in falsissimum sensum inviti proruunt, esse Sa-  
lomonem angelis majorem, & naturali DEI Filio æqua-  
lem, cum de Salomone tamen notabilis in ultimo loco  
addita vox sit, *בְּחִרְחִיתִי בָּנֵךְ וְאַנְתָּךְ לְאָבֶבֶן*. Id vero  
patet ex Hebr. 1,5. ubi expresse dicitur, ne angelorum qui-  
dem cuiuspiam dictum hoc esse. *τίνι τούτη τούτη αγγέλων*, & nedum homini, sine conditione nimirum. Fal-  
sus itaq; est sensus de Salomone 2. Sam. 7. & 1.Chr. 18. ortus ob collationem cum 1.Chr. 23. & 29. (6) male translatus, si  
quis in interpretando fallitur, atque ita & sibi & aliis falsum  
loci sensum obtrudit: e. gr. cum propter Versionis p̄ver-  
sitatem ex Gen: 1,15. Maria serpentini capitis conculatrix  
passim apud Pontificios salutatur, cum tamen in textu *הָוֹת*,  
non *הָרָא* legatur (7) *Male illatus*, si quis interpretationi  
textus in verborum quidem puritate satisfacit, deinde au-  
tem erroneum suum sensum in vocem *Textus* infert, e. gr.

D,

quando

qvando Reformati verba Joh. 3, 16. ὁ θεός τὸν κόσμον, vi vocum recte qvidem vertunt: Sic enim DEUS dilexit Mundum; at postea ex erroneo & falso suo dogmate, qvod gratia DEI, & meritum Christi non ad omnes pertineat, per mundum intelligunt electos solos. His sensus sunt falsi, quos mittimus, qvippe qvi ad Scr. S. non pertinent.

§. 28. Sensus autem *Verus* duplex est: *Genuinus*, & *Non genuinus*. Primum de hoc. Est igitur sensus *Non genuinus* ille, qvi, licet in se consideratus extra Scripturam omnino verus, pius, bonus, & salutaris, aut certe innoxius sit, in illo tamen Scripturæ loco, ex qvo eum autor propinat, à Sp. S. inspirante non est intentus. Unde fit, ut s̄epe *falsus* qvoq̄ appelletur, non respectu falsitatis intrinsecæ, qvod ipsa enunciatio sit falsa, aut, ut Logici loquuntur, Prædicatū nullo modo insit subjecto; sed respectu falsitatis extrinsecæ, quia falsum est, ejusmodi sensum illo loco contineri. Κατως solet idem, & *spurius* qvibusdam vocari. Hic vero sensus *Non Genuinus* iterum est duplex: *Alienus*, & *Accommodatus*. *Alienus* est, qvando in sua sede voces accipiuntur per interpretationem non qvidem absurdam, aut falsam, aliam tamen ab illa, qvam & Sp. S. intendebat, & textus requirebat. Qualia exempla in omnibus Versionibus & χερι, ἀλλὰ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ sparguntur. Tale est illud Es: 9, 5. qvod ante allegavimus P. IV. §. 25. *Accommodatus* ille nobis est, qvando in sua sede voces accipiuntur per interpretationem nec absurdam, nec falsam, nec aliam à S. Spiritus intentione, & textus ratione; sed data tamen occasione ad aliud qvidpiam commode insinuandum in alieno sensu proferuntur. Qvod variè ab Ecclesiastis fieri consuevit. Ita accommodare ad nos solemus nomen lapidis, quem Samuel olim locavit, & appellavit: אבן חען, seu ut vulgo proferre

ferre solemus: Æbhen Æser, cum applicatione addita: Huc usq; adjuvit nos Dominus i. Sam. 7, 12.

§. 29. *Genius* sensus, qvi ab inspirante Deo est intentus, iterum in duo membra dividitur, est enim vel *Literalis*, vel *Mysticus*. Et *Literalis* qvidem est sensus rerum immediate per intellectas voces significatarum, & qvia' voces vel grammaticē, vel rhetorice, ut qvidam dicere consueverunt, id est, vel propriè, vel impropriè per tropum qvendam, vel tropicam figuram & affectionem sumi atq; intelligi possunt, hinc fit, ut *Literalis* ille rursus distingvatur in *Proprium* vel *Tropicum*, aliis Grammaticum, & Rheticum dictos. *Tropicus* ergo seu Improprius sensus est, qvando rhetoricis explicationibus opus est ad significationem vocis non ordinariam, nec primitus impositam, sed superaddititiam, & magis artificiosam plane commonstrandam. Qualis significatio tropis, troporumq; affectionibus, & figuris aliquot tropicis, somniis item & visionibus propheticis debetur: qvid? figuræ etiam aliquot Grammaticæ hic pertinent qvodammodo. Atq; ita quidem obvius & creber est hic sensus, ut vix colon aliquod reperias, in qvo non observari mereatur. *Proprius* vero ordinariae & grammaticæ vocis significationi nihil superaddit, neq; qvidqvām a vocis sensu verbis primū vel usitatissime imposito recedit. Talem sensum habet Gen: 1,1. In principio creavit Deus cœlum & terram. Estq; vel *Solitarius*, qvi nullum; vel *typicus*, qvi aliquem respectum ad antitypum in verbis literaliter acceptis tacite secum vehit. Hujus exemplum habes v. 10. illius v. 11. capit. XXI. Gen. Qvoniam vero Scriptura Sacra aliquid habet valde peculiare, nec in ulla facile alia eveniens lingva, ut in eodem vocabulo literas diversi thematis, formæ, significationis commutet, commisceat, & conciliet, idq; tum in verbis,  
qvod

quod fit crebro, tum in aliis etiam vocibus, unde diversæ  
enunciationes ob hanc diversarum vocum, & significatio-  
num commiſſionem in eadem enunciatione enascuntur  
(vid. Wasm. in Hebr; Reſt: & ex eo Opit: in Atrio Ling. S.  
R. 31. & 43. & Geier. ad Ps. 7, 6.) hinc necessario *propri-*  
*um* ſenſum ſubdividi mus in *Miftum*, & *Purum*; Siqvidem  
*Miftus* ille eſt, qvem jam deſcripsimus, eritque pro exem-  
plō nobis citatus Ps. 7, 6. ubi vox יְהוָה ex Kal & Piel per-  
miſta commiſtam etiam ſignificationem format hanc: per-  
ſeqvetur & ipſe, & per excitatos alios. Ita Es: 9, 2. commiſtam  
ſignificationem parere cenſetur pro i positiu m in vocula  
אֵל Masoretico notata circello in his verbis: הַרְבָּה  
לֹא הַגְּרָתָה הַשְׁמַחָתָה qvod vertas ex ſenſu miſto: Mu-  
ltipliasti populum, & ei qvidem, non tamen omni, ma-  
gnificasti gaudium. Qualia exempla non multiplicem  
reddunt ſenſum Literalem in eadem Enunciatione; ſed  
commonſtratam à Sp: S. duarum Enunciationum in eo-  
dem commate compaſſionem duarum etiam Enunciatio-  
num ſignificatione exp̄imi volunt, ut ita ē miſta voce  
*miftus* etiam oriatur / *sensus*. Ubi vero tale commiſſionis  
indiciū non occurrit, *sensus* etiam eſt *Purus*, i. e. unicæ,  
nec miſta, vocis unicus manet ſenſus.

§. 30. Succedit ſenſus *Mifticus*, qvi ſenſus eſt rerum  
mediate ſignificatarum per aliam reme verbiſ immedia-  
te cognitam, eſtq; vel *Entypus*, vel *Atypus*. Atypus dicitur eti-  
am *Analogicus*, qvando nimirum in ſua iude voceſ per  
genuina interpretationem proprie exponuntur, & acci-  
piuntur; propter elegantem tamen ſimilitudinem, conſen-  
tiente iplo, & ſubintendente Sp: S., licet ſine figura futu-  
rum aliquod præmonſtrante, alio referuntur. Talis ten-  
ſus à Paulo explicatus eſt: Cor: 9, 9. 10. ex verbiſ, & τῷ  
Ματέως ἥμερῷ γέγενηται φίμωσις βεβλωθεῖται, qvæq; ſumfit  
ex Deut: 5,

boyn

ex Deut: 15, 4. conf i. Tim. 5, 18. Namque illic ait: *Mὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ*, ἡ δὲ ἡμᾶς πάστοις λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐχεῖ φηγεῖται, ὅτι εἰπόντες εἰληφτὸν σύνθετον δέσμονταν, καὶ ὁ ἀλογὸν τῆς ἐλπίδος αὐτῷ μετέχει ἐπ' ἐλπίδι. *Entypus* vero (*Typicus* enim sensus, ut paullo ante monui, maxime vocatur literalis ille, qui typū aliud præmonstrantē immediate designat, & respectū ad antitypū statim includit, quamvis interdum *Typicus* cum *Entypo* soleat etiam confundi) est ille, qui in typo literaliter & explicite e vocibus agnito latet, ac postea per Sp. S. a sua, quā in prima inspiratione habuit, intentione non absuīsse ostenditur. Tunc enim a nobis voces in prima sua sede per literalem interpretationem recte & genuine, uti fas est, exponuntur, & accipiuntur, sic tamen, ut res ita significatae simul intelligentur alium habere sensum & respectum ad futura quædam præfigurata, ac deinceps planius intelligenda. Quod quando fit indice ipso Sp. S., sensus hic *Entypus* dicitur *Elatus*, clarius forte, quam *Innatus*, quia *Illatus* etiam à Sp. S. potest fuisse ad typum intentus, licet ab illo non sit indicatus: dubiū enim non est, plures dari sensus typo *Innatos*, quamquos Sp. S. ipse explicuit: potest tamen etiam *Innatus* dici, quod exppositio illa in S. literis est nata. *Elatus* autem dicimus, quia ex ipsa S. Scriptura petitur & effertur. Sin indice Sp. S. *Entypus* destituitur, & ab orthodoxe sentientibus tamen orthodoxe adducitur, *Illatus* vocari solet, quia in scripturā mystice explicanda quasi extrinsecus infertur. Solet sensus *Entypus* in genere alias etiam *allegoricus* appellari, quia allegoriam, non rhetorice tamen, sed theologicē sumtam continet.

S. 31. Notandum hic, quod res immediate designata, & e verbis proxime percepta dicatur *typus* 1. Cor. 10, 6 II. & alibi; res vero mediate per priorem illam rem significata dici soleat *antitypus*, *antitypum*. Vid. 1. Petr. 3, 21. ubi *τύπος* (non vero *τύπος* ut in C. F. J. S. E. Br. §. von der Lauffe legitur) *ἀντίτυπον* *βασιλεὺς* vocatur, itemque Hebr. 9, 24.

E

qvo

qvo in versu usi facile erratur, ita errorem discuti, loci hujus  
videtur. Apostolus hic: εἰς τὸν κόσμον ἡγία εἰσ-  
ῆλθεν ὁ Χριστός, ἀντίτυπος τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἦν ἐγένετο  
&c. Qvæ verba B. Lutherus ita transtulit: Denn Christus ist nicht eingegangen in das Heilige / so mit Händen  
gemacht ist / (welches ist ein Gegenbild der Rechtsschaf-  
fenen) sondern in den Himmel selbst : qvæ verba non satis  
intelligimus tum ob ambiguam vocem Gegenbild/qvam-  
vis eam pro re typi lubentius accipere in hac versione ve-  
limus, tum ob dubiam vocem der rechtsschaffenen/ qvam  
num de rebus, an de personis accipi velit, præsertim cum  
in Græco sit τὸν ἀνθρώπων, verorum, non percipimus. Non  
est temporis , interpretes ut possint consuli de hoc dubio:  
Spanhemium saltem,qvicum plerique omnes consentiunt,  
audiamus, qvi in fine Dub.Ev.62. (Part. sc.2.) ita scribit: *An-*  
*titypum vero in totuſ hoc argumento & alii id genus mibi bona*  
*Lectoris venia cum Theologis multis vocare liceat rem typi, vel*  
*τὸν μὲν oppositum τῷ οὐκὶ, tamen si non ignorem, aliter etiam vo-*  
*cem illam a plurimis accipi.* Qvamvis enim antitypa oppo-  
nuntur τοῖς ἀνθρώποις Hebr. 9,24. ari tituwoſ tamen i. Petr. 3, 21.  
non videtur designare typum vel figuram respondentem alii typ-  
o, sed rem ipsam typum jam olim adumbratam, baptismum nō  
mirum internum. Adjecta hac voce fallitur, qvam Pe-  
trus non habet. Notamus vero primum, typum vocari  
etiam ab aliquibus iypum rei, & antitypum appellari rem iyp-  
p: vice versa. Excusat igitur Iesu Spanhemius, qvod,  
cum posset dicere, rem typi, tamen lubentius dixerit antity-  
pum, licet & ab aliis, & ab ipso Apostolo Hebr. 9, 24. antity-  
pum aliter accipi & nōrit, & agnoscat, qvia antitypus ibi op-  
ponatur veris, atq; ita (qvod eum sentire ex verbis patet) pro  
ipso iypus usurpetur, sicut ἡ οὐκὶ opponitur τῷ τάκησθαι. Hanc  
sententiam inferunt v oces : liceat, tamen si, aliter, qvambis,  
& spes de bona Lectoris venia. Verum antitypa Hebr. 9, 24.  
revera significant typum opposita, ad typum facta, seu typu-

alæqva

æqvalia, quo etiam ectypa pertinent, unde etiam **χρηστι-**  
**νη** ea appellat, & jungit hanc vocem cum voce **ἀγία** San-  
cta, sanctuarium, & in primis, quod ex v. 15. patet, Sanctum Sanctorum. Ethæc **ἀγία**, qvatenus à Mose ad ipsum  
DEI mandatum erant elaborata, ac denique post vagam  
sedem Hierosolymas annuente eodem DEO transportata,  
**ἀληθινὴ** vocat, ad qvorum ex Scripturis sumtam normam  
exstructum Hierosolymitanum posterius Sanctuarium  
erat **ἐκτύπων**, seu **εἰκόνων**; multo magis autem pro **ἐκτύπῳ**  
seu **ἀληθινῷ** habendū fuit Heliopolitanum illud in Ægypto;  
utrumq; tamen **χρεῶν**. Tale sanctuarium non ingredi-  
tur Christus. Græcorum igitur verborum sensus hic est:  
*Neque enim in manu factum aliquod Sanctum Sanctorum in-  
gressus est Christus, quod veri illius & primi Sancti Sanctorum  
sit antitypus, seu exemplar efformatum; sed in ipsum ca-  
lum &c. qvæ indicant, Christo Sacerdoti nullum terre-  
num, manu factum, & formatum ad prioris exemplum  
Sanctuarium esse ingrediendum, qvippe qvi in cœlesti, qvā  
ingressus est, Hierusalem verissimum **τοῦ οὐρανοῦ περιτομῆς**  
sæpissimam **ἀληθινῶν ἀγίων** **ἀντίτυπων** sanctiore sensu repererit.  
quo versus ii. etiam spectat. Unde patet, qvomodo anti-  
typus ex Hebr. c.9, v.24. explicari debeat.*

S.31. Est autem sensus *Allegoricus* (qvævox itidem in scripturis fundamentū habet, nempe Gal. 4, 24. sive sensus *Enypos* semper in re præterita declarans futurū, non in jure tantū, sed & interdū in facto, finemq; suum habet, vel in Christo ipso, vel in Christi hostibus, vel deniq; in Christi ecclesia. Si his rebus nomina formare atque aptare velimus, sensum possemus vocare *χριστολόγον*, *Ἄνθεμον θεον*, τοῦ Ἐκκλησίαολόγον. Christologus sensus repræsentat nobis Filium Dei Christum vel in statu Exinanitionis, vel in statu Exaltationis, quem utrumq; τὸ οὐρανὸν ἐτιωτά fæpius à Christo memoria:um præfiguravit, & præsignificavit. vid. Mat. h. 13, 39. 40. c. 16, 4. Luc: n, 29. 30. Epistola ad Hebræos copio-

sissime pariter & elegantissime admirandas Christi in utramque partem præfigurationes nobis exposuit. *An-  
tiebristologus* sensus ostendit nobis sub antiquarum rerum typo malorum hominum, & generalius (ut apud Joh. ep. i.c. 2.v. 18. sumitur) accepta voce Antichristorū peccata, & fata. Qvæ in re elegans est Paulus i. Cor. 10, 1. - 12. Conf. 2. Tim. 3, 8. 9. Jud. v. 7. lqq. *Ecclesiologus* deniqe est is, qvi sub antiquis figuris, & præsertim Judaicæ Ecclesiæ ritibus, & insti: utis Ecclesiæ Dei & Christi significat, qvo spestat Galat. 4, 21. — 31. & locus Petrinus ep. i. c. 1. v. 5. — 9. estq; vel *Synagogicus* vel *Anagogicus*. Et hic qvidem cœlestia cœlestis, triumphum jam parantis, & triumphantis ecclesiæ ornamenta sub typico rei gestæ pigmento oculis quasi animisqe nostris repræsentat: qvæ sub prioris Hierusalem, terrenæ illius, statu sape descripta clarius explicantur partim, partim expositioni ulteriori reservantur A. poc. 21. & 22.

§. 33. Deniqe *Synagogicus* ille sensus est, qvi latens in verbis, typum qvendam Ecclesiæ DEI in his terris designandæ dicatum continentibus, Spiritu S. duce agnoscitur, estqe triplex: Pisteologicus, Mysteriologicus, ac Tropologicus, propterea, qvia in Ecclesia DEI fidei, sacramentorum, & Christianæ vitæ seu morum ratio est habenda. Qvæ tria cum videamus per præludiūm figurarum ac tyorum divinitus nobis esse præmonstrata, ea quoqe in prisorum temporum rebus observari decet. In sensu *Pisteologicu* sub fide Abrahami nondum circumcisii semen *euλογητόν* progenituri fides in Christum creditrorum gentilium est præfigurata Gen. 15, 6. coll. cum Rom. 4, 9. ad fin. Sic ob fidem Abrahamo nati dicimus, & filii promissionis, ad figuram promissi Isaac Rom. 9, 7. 8. 9. Sic ob fidem Israël Dei dicimur Gal. 6, 16. Præfiguravit igitur typice futuram nostram fidem Abraham, Isaac, Jacob. Conf. 1. Cor. 3, 13. f. ubi defectus fidei in Israëlitis ceu in typo nobis ostenditur. *Mysteriologie* nostra præ-

præsertim Sacraenta typis præsignificata esse ipsæ te-  
stantur Sacræ literæ : Baptismi typum fuisse aquas Noæ  
ex 1. Petr. 3, 20. 21. sacræque nubis humores , & transitum  
per Mare Rubrum ex 1. Cor. 10, 1. 2. patet. S. Cœnæty-  
pum fuisse Manna, & aquam ē r upe fluentem ex 1. Cor. 10,  
3. 4. videmus. Pœnitentiæ quoq; typum fuisse studium ever-  
rendi fermenti ante comedionem agni Paschalis ex 1. Cor.  
5, 6. - 8. intelligimus. *Tropologicum* sensum offerunt ea,  
qvæ sub typo de sanctis moribus, & recta vita nos instru-  
unt. Sic conjunctio Adami atqve Evæ instruit nos,  
qvanta caritate unitum nobis Christum amplecti ac tene-  
re debeamus, Eph. 5, 30. 31. 32. Sic sacrificia Veteris Te-  
sta menti typus fuere nostrorum sacrificiorum ex Spiritu  
per Jesum Christum DEO acceptorum 1. Petr. 2, 5. Sic li-  
centia & jus edendi de hostiis præfiguravit clericorum  
N. T. jus capiendi salario 1. Cor. 9, 13. 14.

§. 34. Satis declaratum est per hæc prolixius pau-  
lo demonstrata , qvomodo sensus scripturæ scrutandus  
ac distinguendus, & qvanti qvisq; sensus æstimandus sit, in  
qvibus hoc ultimo observari debere putamus, tanto plu-  
ris in V. T. valere Mysticū præ Literali, licet solerter qværen-  
do, qvanto Christum potius, qvam illas res , denotare DEUS  
voluit, & qvanto magis corpus, qvam umbra peti ur. Nam  
Θεοῖς, καὶ πότις, καὶ τὰ μέρη τῆς εργασίας, καὶ ταῦτα μετωπίας καὶ αὐθιζάτων,  
αὐτὸν εἰς τῶν μελλόντων, τὸ γέ σῶμα ἐχεῖ Col. 2, 16. 17. Reti-  
nendum igitur esse sensum etiam Mysticum , pro qvo jam  
Part. 3. §. 1. pugnavimus, iterum censemus prælestim in iis,  
qvæ ex abditis producere voluit Sp. S. ipse per S. viros :  
ubi tamen aliorum qvoq; virorum sapientium in Chri-  
sto & proborum cogitata mystica , qvæ illati sensus no-  
mine vocamus , non plane rejicienda aut repro-  
banda, qvamvis & nihil probantia , esse putamus. Lt-  
seralem vero sensum propter S. Scripturæ simplicita-  
tem , nisi singularibus plane exemplis enunciationum

diversitatem indicare per vocum commisionem voluit  
Sanctus Spiritus, nullibi nisi unicum esse posse conclu-  
dimus, unde etiam in nostro (Hos. 11, 1.) dicto non nisi in-  
dicatus a Sp. S. unicus de Christo, ex Aegypti terris evocato  
Dei Filio sensus, cum nullus adesse queat Mysticus, concedi  
antea debuit, quia nulla usque sufficiunt rationes, quae nos  
ab hac scripturæ simplicitate, uti alias, ita & hoc loco tuen-  
da dejiciant, ac deturbent. De amplitudine sensus di-  
citur alio loco.

§. 35. Quidam igitur optima sui interpres Scri-  
ptura miro quodam sancti Spiritus quasi artificio ita est con-  
texta, ut & in rebus Fidei ad salutem recte spectantibus  
proximeque contendentibus stylo simpliciore gaudeat, &  
in aliis non ita necessariis aut ad exercendas eorum, qui  
sapientes docti qvidentur, mentes & ingenia sensum abdi-  
derit paullo profundius, aut ad scolorum criticorumque  
quorundam sapientiam confundendam interdum fixam  
habeat crux, devotæ venerationis, agnitionisq; tantilli  
scire nostri suscitatrixem ac nihilominus semper cum ab-  
soluta DEI sapientiae humillima admiratione exponi jucun-  
de, & recte explicari possit: quid simus ita tardi, aut  
quid volumus potius ita tardos nos praestare in eruendo  
& percipiendo sanctissimi hujus libri sensu, cum videamus  
doctorum multos priscis iisque ethnicis scriptoribus ita  
insudare, ut vel unius interdum vocalæ sensum & sexcen-  
tis hauriant locis, quo autorem nil nisi humana, & saepi-  
sime obscoena sapientem vel in flagitiosissimis turpissimis  
que sermonibus intelligent! Nam! istam diligentiae glori-  
am iis si cedere velimus, nos quibus nunc ~~in~~ sunt  
concredita, inhumani erga nosmet ipsos, & ingrati erga  
DEUM erimus. Verum quotus quisque nostrum est,  
qui id recte pensat? Pulchrum scripture sensum quis rite  
frequentat? Faxit Deus, ut ad demonstrandam ipsius glo-  
riam, ad veritatem recte tuendam, ad salutem nostram  
ali-

aliorumque servandam totos sanctissimos nos demus literis,  
usque dum omnium per sacram scripturam promissorum  
finem, ænigmatice propheticæque propositorum even-  
tum, mysteriorumque; nimis nunc arduorum intellectum  
in cœlis teneamus, ac videamus.

### EPILOGUS.

**A**TQUE ita hoc absolvimus curriculi spatium. Nihil superest, nisi ut DEO  
A.O.M. & Christo Iesu Vero Dei Filio nostra omnia causas in orbem misso, in  
terras Aegyptiorum gentiles ire justo, inde in terram Israël rebocato, ac tandem  
inter Hebraeorum minas, Ethniciorumque manus durissima quæque perpersto, Misera-  
tori, Salvatori, Restauratori, Servatori, ac Vivificatori nostro publicas nunc  
agamus gratias; quippe cujus gloriam amamus, vovemus, querimus; cuius  
ex gratia sumus, vivimus, & movemus; cujus est, quidquid discimus, dicimus,  
legimus, & scribimus; cujus consortium petimus, desideramus, ac flagitamus.  
Tuam, ô Jesu, Ecclesiam, cui maximè vocatus es, Tuum illum'ah! parvulum,  
eundemque misellum tueare ceterum: Pausos tuos ex vera Evangelii fide  
pendentes, credentes, ac viventes ne patiars obru: conserves nos in veri-  
tate, in Tuo, Tuique Patris verbo, namque illud solum veritas est. Adjuva  
omnes sincere pro Te pugnantes, illosque, qui suā non militant, sed Tuā gloriā  
causa, oris tui gladio defende, ac veritatis clypeo protege. Da, ut quies  
publica, salusque populi ex Tua fide astinetur, & gloriosum illud,  
quod plerumque queritur, Utile non ex dolis ollisque Aegypti, sed  
ex Tuo jure, Tuoque exemplo mortales metiantur. Dirige nos omnes  
etiam eo, ut in nostrā quæque naturā inquiramus molestias, nec mi-  
nus opitulari animæ, quam corpori studeamus, omniaque, quæ de nobis de-  
cernis, fata tanquam excitamentum tanto magis admirandæ Tuā potentiaz  
destinatum, observemus, aliisque etiam veneranda commonestremus. Gu-  
berna quoque omnes, ut in certo recto que sephiæ trahite Te veri-  
sum veræ sapientiaz doctorem in verbo tuo intueamur, nostrisque men-  
tibus non scire nudum, sed sanctum scire instillemus, quo omnes sci-  
entiaz ad unius DEI, & Tuam Iesu Christi gloriam applicentur. Tu tandem  
ô Jesu, qui ex infancia per adolescentiam ad virilis ætatis perfectionem, atq;  
inde in æternitatem pro humana tua natura vocatus es rege omnem omniam æ-  
ratem, ut temporis DEO consecrandi cautam rationem habeamus, ac nostra  
studia misella, quam indies ferme coarctari videmus, ecclesia dedicemus,  
atque ita ubique vivamus, ut nosque nos per varias ætates gestæ vitæ deinde  
non poneat. Conserua deniq; omnes, qui servari possunt, in letam ad ama-  
tores tuos accessionem, & nos Tuos servos, qui non nisi Te ac Tuum Verbum  
primario nosse volumus, serva ac dedue ad beatum vitæ fideique terminum.

GLORIA PRINCIPUM TUA, SIT TUA GLORIA

F I N I S,

Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimoque  
DN. DAVIDI HENRICO KOEPKEN,  
S.P. D. JOH: PETR. GRÜNENB. Ph. & Th. D. PRÆSES.

**D**fluxit annus, quo divinitus ad hanc studiorum universitatem delatus semel atq; iterum Filium DEL ex Egypto Vocatum proposui, ac tertio labore, qvodsupererat negotiis, acturus sudante jam prælo ex hac Academia revocatus sum. Intervenerunt interea mutationes & loci & vi-  
tæ generis, & inde promanantia multa negotiorum flumina, qvæ ab Academicis me exercitiis ad curam Ecclesiarum aliquamdiu abstraxere. Tu autem *Swavissime Affinis*, qvit tanto ferris ad studia impetu, qvantus in honestissimo juvne reqviri potest, ut alios vidisti æqvalia petere, suscitalsti me rogans, ut liceat tibi tertiam banc de eadem materia Dissertationem me Præside defendere. Erat petitum justissimum, neq; à me recusandum: gaudebam potius de indole *Affinis* egregia, & admaturitatem studiorum semper ulterius properante, Teq; eum esse judicabam, cui tertium bos de F.D. spatium jure aperirem. Antehac enim Tu ipse primum Jenæ decurristi spatiu[m], ubi Præside *Viro Max. Rev. atq; Excell. Dom. Joh. Andr. Schmidt etenus Philos. Prof. P. Ord.* at pridie ejus diei creato Theol. Doctore, bujusq; in inclita Julia Designato Prof. P. proposuisti *AGΩ omnis Theologia*, ut ENS & Summum Booknum. Alterum Helmstadii es emensus stadium, ubi eodem Præside disqviriendos dedisti *Job. Bapt. Helmonti Philosophi per ignem in doctrina de statu integratatis & Corruptionis errantes ignes*. Tertium ergo interia Academia his Rostochii merito decurris cursum Juvenis Perstrenuus, & præter hanc meā dissertationem, qyam talē, qvalis olim scripta est, alacerrime propugnas, *Tuo ipsius labore specimen diligenter paras egregium, Venerande ad Varnum Academia*, si velit Deus, relinqendum. Quid supereft, nisi ut Tibi, vel Patria potius gratuler de hac indole, qvæ, uti ad honestissima qvævis nata est, ita & optima qvæque omnibus promittit, proximeq; operas Bono Publico Salutares, & Gloriæ Divinæ humillime inservientes poterit præstare. Vale & de favore Bonorum omnium optime spera, Virtutemq; tuam ulterius demonstrare feliciter perge. Scripsi in  
maiso die X. Mart. cl. Ioc. ic.

(o)
















¶ (87)

schen im tornigen Sinn / holt als demnac̄  
 verworpenen Roden / der ademreit  
 Kesteriken Gewalt / und vñ der miret  
 ingest menigfalt. / E du minet ist in  
 ehoren tegen de Roden / das se enig mit  
 e du dat hövet / dage wifst noch vñ  
 mate\* hest geschonet / in den "Gliedmassen"  
 ist du benvynische Hund / zemtischt uP  
 o Lohnen / einen heftigen Schmoc̄ / zum elben  
 vortrecket ist / und da sien  
 r gar verbrand von Stund / in crannig  
 hte horder entgelt / in em wiede vñ der  
 alken hebbent sett / in vñ der miret  
 werden intsamten / in der illi hñ red  
 och dat Land so sote / in der miret  
 in Melkes / Blöte / ademreit vñ der  
 Zoven alle Nahmen / und da agan die  
 er Statt villichte / in der miret  
 chissi or schon Gestichter / in der miret  
 len Storm erbedest. / in der miret  
 Ogen bist du blind / in der miret  
 iane juher neyn\* erwinnt / \* niemand  
 sitzen behy uhtledest / in der miret  
 pen / dem Schole eyn Schlange / in der miret  
 für ill degger hange / in der miret  
 pe et dy du leide Geist / in der miret  
 n is al die Goit / in der miret  
 lechte dregt droben Molt / in der miret  
 ic id des behobet meist / in der miret  
 san dat Leben / in der miret  
 ren Trost garevent / in der miret  
 de im tragheim trede / in der miret  
 de dar geschein / in der miret  
 gt nicht eyn / in der miret  
 bulle na older Seedesen / in der miret  
 weiss nicht wen / in der miret  
 Leicias du no mest den / in der miret  
 en kebre wedber / in der miret  
 us hñ sek bern yget. / in der miret  
 Hasslichkeit horhet / in der miret  
 ist he in Muzen nedder / in der miret  
 n he dy Ghift

Darmede